



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Vita, & honestate Clericorum. Tit. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)



COLLECTANEA DOCTORVM,

IN LIBRVM TERTIVM DECRETALIVM.

De Vta, & honestate Clericorum.

TIT. I.

SUPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Anchar. Butr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Guillelm. Durand. in *speculo iuris*, lib. 4. sub hoc tit. Ioan. de Londris in *brenario sanctorum Canon.* fol. 173. Petr. de Raven. in *compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. in *epitome Decret.* fol. 93. Bernard. Compost. in *brenario iuris Canon.* Dan. Venator. in *analisi methodica iur. Pontif.* à pag. 358. Goffred. & Hostiens. in *summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. German. in *paratitulis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthagenensis in *exposit. iur. Canon.* Zipar. in *analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat.* pag. 141. Canil. in *summa iuris Canonici*, Cafarel. in *erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. lib. 3. *summa Decretal.* omnes sub hac rubr. De materia huius tit. latè Campanil. in *diuersorio iuris Canon rubr.* 4. Camill. Borrel. in *summa omnium decisit.* 11. Carol. de Grassis de effectib. clerical. in *præclud.* à num. 25.

SUMMARIVM.

- 1 Populus à Clero diuisus esse debet quando celebratur.
- 2 Laicis non est permixtum Sacerdotum, & Cleri locum ingredi.
- 3 Laicis permixtum non est in choris, & capellis Ecclesiarum existere, quia confabulantur & deuotionem impediunt.
- 4 Dispositio puniens præsumptum aliquid, non comprehendit eum, qui id bona fide ignoranter, & imprudenter facit.

CAP. Vt Laici I. Ex Conc. Magunt.

Quando sacra, seu diuina Officia celebrantur, Clerici in Choro per cancellos diuisi debent stare separati, vt aut Laici non præsumant stare, vel sedere secus Altare inter Clericos, sed eis ad orandum tantum, vel communicandum liceat in locum, qui dicitur Sancta Sanctorum, intrare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Barbes. Collect. Tom. II.

Andr. Anchar. Imola, Anania, Hostiens. Henric. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Cened. collect. 45. Viu. in *rationali libri tertij iuris Pontificij*, pag. 1. Alagona in *compendio iuris Canon.* pag. 353. remissuè Ximen. in *concord. part. 1.* desumitur ex Conc. Maguntino c. 13. vt referunt Burchard. lib. 3. Decret. c. 102. Ino part. 2. c. 137. Verum huius text. verba fuisse malè concripta, & pèius attributa Conc. Maguntino, aduertit Collusitanus noster Ferdin. Paëz in *reper. c. Massas. de consecrat. dist. 1. n. 49.* sunt enim, vt ipse ait, Conc. Turonensis II. c. 4. vol. 2. Concilium, cuius verba referuntur ab Ant. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 1. c. 1.

Vel sedere inter Clericos, & c. Notatur ad hoc quòd non est permixtum laicis Sacerdotum, & Cleri locum ingredi, vt per Henric. in *summa lib. 9. c. 25. §. 9. in fine, lit. I.* & Bonifacium I. idipsum constituisse refert Illescas in *la historia Pontifical.* p. 2. lib. 3. in *eius vita*, fol. 98. quòd aded olim obseruabatur, vt nec Theodos. Imperatori Ambrosius voluisset permittere ingredi intra cancellos, vbi Clerici psalmodiāt, provt referunt Hist. Tripart. lib. 9. c. 30. Zetol. in *praxi Episcop.* p. 1. verb. Chorus. Hieronym. Roman. de *Republ. Christiana* lib. 4. c. 2. propè fin. Pined. in *vita D. Ioan. Baptiste*, lib. 1. art. 1. c. 8. pag. mihi 150. Nulli igitur Laicorum ibi cum ministris Altaris locum esse, dicit text. in *presenti*, Guillelm. Durand. de *modo gener. Concil. celebr. rubr.* 55. n. 3. itavt nec quidem admitteretur patronus, vt ex mente S. Congr. respondit Rot. in *vna Valentina Capelle* 5. Martij 1599. eòram Iusto; quinimò nec Subdiaconi olim admittebantur, c. non oportet 23. dist. hoc verò intelligitur de loco ad effectum sedendi, vel standi cum ipsis ministris; secus verò ad effectum recipiendi sanctiss. Eucharistia Sacramentum, vel orandi, vt declarat Abbas in *presenti*, sub n. 3. ad fin. vers. nota, Panin. de *visti. part. 2. quæst. 8. num. 36. vers. ad orandum tamen.*

Vnde Nauar. de *Oratione*, cap. 18. num. 72. cum seqq. 3. infert eodem modo laicis permixtum nò esse in Choris, & Capellis Ecclesiarum existere, quia confabulantur, & deuotionem impediunt, quod & cautum est in Concil. Bracharen. I V. Act. 5. cap. 25. Graniter in tales grauis, Sanctus & Doctus inuehitur Episcopus Ambros. lib. 3. de *Virg.* Maxima, inquit, est virtus tacendi, præsertim in Ecclesia: an quicquam est indignius, quàm oracula diuina circumstrepere ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur, circumsonare Sacramenta confusis vocibus, vt impediatur Oratio pro salute deprompta omnium? vnde illud exemplum proditur Alexandro sacrificante Macedonum Rege parvulum barbarum, qui ei lumen accenderet, excepisse ignem brachio, atque adusto corpore mansisse immobilem.

A nec

nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito poenam indicasse affectu: tanta in puero barbaro fuit disciplina reuerentia, ut naturam vinceret, atque ille non Deos, qui nulli erant, sed Regem timebat. Et tu in ministerio Dei gemitus, exereatus, tussis, risus abstine. Frequens sermo est, cum plurima ranarum murmuratio religioſa auribus plebis obſtreperet, Sacerdotem Dei præcepiſſe ut conciterent, ac reuerentiam ſacræ deferrent orationiſunt ſubito circumſuſos ſtreptus quieuiſſe. Silent igitur paludes, homines non ſilebunt, & irrationale animal per reuerentiam recognoſcit quod per naturam ignorat, hominum tantam eſſe immoſtiam, ut plerique deferre neſciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati. Hæc Ambroſ. Magna etiam vituperatione illos eoſdem in templo immodesteſ reprehendit S. Baſil. hom. 1. in *Psalm. 23.* exponens verſum 9. *Et in templo eius omnes dicent gloriam.* Et Beatus Auguſtinus ſerm. 251. de tempore, B. Caſar. Arclaren. ſerm. 12. S. Ioan. Chryſoſt. homil. 38. ad populum Antiochen. ab hoc in Eccleſia ſilentio matrem ſuam Nonnam orat. 19. laudat S. Greg. Nazianz. Quare antiquitus ait S. Clemens lib. 2. c. 61. & 3. conſtit. Apoſt. c. 11. & epiſt. 1. ad Iacobum fratrem Domini, quidam ex Diaconis in templo inambulabant, contemplantes viros, & mulieres, ne quis fieret ſtreptus, ne quis nutus faceret, aut muſſitaret, aut dormitaret. Oportet enim, ait, in Eccleſia accuratè, ſobrie, vigilantè manere, attentas aures habentem ad Domini ſermonem.

Præſumant.] Ex propria huius verbi ſignificatione colligitur diſpoſitionem nubientem aliquid præſumentem non comprehendere eum, qui in bona fide ignoranter, aut imprudenter, ſive inaduerſenter facit, ſecundum Naxar. in c. accepta, de reſt. ſpol. oppoſ. 8. n. 33. & de datis, & promiſſis, n. 35. verſ. andat, ſive præſumat, Auendan. de exequendis mādatis, lib. 1. c. 4. n. 38. verſ. verum ſicut pena. Cened. d. collect. 46. n. 3. vbi etiam tenet quod hac ratione laicus inaduerſenter, aut animi ſimplicitate, & ſine dolo, & malitia ingrediens chorum, dum divina Officia celebrantur, non dicitur contravenire deciſioni huius text.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici arma portantes & uſurarii excommunicari debent.
- 2 Arma clericorum ſunt orationes, & lachrymæ.
- 3 Clerici deferre arma non poſſunt.
- 4 Armorum appellatione quæ veniant, remiſſiue.
- 5 Arma ex iuſta cauſa poterunt clerici portare, veluti ſi per loca periculofa iter faciant.
- 6 Clerici arma portantes non poſſunt illis ſpoliari per iudices ſeculares.
- 7 Laicalis poteſtas, ſeu familia an poſſit capere clericum reſertum cum armis, aut delinquere paratum, oſtenditur.
- 8 Clericus immerſus poteſt arma portare pro ſua deſenſione.

CAP. Clerici. II. Ex Concil.

Pictauien.

Clerici arma portantes, & uſurarii excommunicati debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellan. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Hoſt. Butr. Panorm. Henric. Bald. Ioan. à Capistrano. Cened. collect. 7. Vinian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 1. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 353. remiſſiue.

ſine Caſal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. referatur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 1. c. 2.

Clerici arma portantes, &c.] Cum clericorum arma ſint orationes, & lachrymæ, c. fin. 36. diſt. cap. porro 16. q. 3. c. conuenior. cap. non pila, cum aliis 23. q. 8. Lup. in tract. de bello, & bellator. §. habeas, ſub n. 1. Aloyſ. Ricc. in praxi verum fori Eccleſiaſt. deciſ. 37. n. 4. in 1. edit. & reſolut. 314. in 2. edit. Molin. de brachio Regio. c. 18. n. 42. Carolus de Graſſis de effectib. clerical. effect. 20. n. 4. Gilbert. Scheuchan. de Eccleſiaſticorum vita, l. 3. c. 55. in fine. Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſciplina clericali. §. 18. n. 9. Vnde alia deferre arma non poſſunt, ut per Abb. hic n. 11. Cott. in memorabil. verbo armorum, verſ. notabis, Decian. tract. criminal. lib. 7. c. 3. n. 23. & 24. Couarr. pract. c. 33. n. 7. & lib. 2. variat. c. 20. verſ. penult. Palat. in repet. c. per veſtras, de donat. inter virum & uxorem, notab. 2. §. 1. n. 13. Tiraquel. de iudicio in rebus exiguis, verſ. 21. fol. 35. Farinac. in praxi crimin. p. 3. q. 108. n. 21. cum ſeqq. in beneficiis id iplum tradit Azor. inſtitut. moral. p. 3. lib. 8. c. 15. verſ. prohibetur, quod ſi contemplerint, erunt excommunicandi, ut habetur in hoc text. & tenent hic Abb. n. 9. & Bald. n. 9. quos reſert, & ſequitur Bellet. d. §. 18. n. 8. verſ. quod ſi. Aloyſ. Ricc. d. reſol. 314. n. 3. Carol. de Graſſis d. effect. 20. n. 8. præcedente ſcilicet ſententia, ut per citatos à Cened. ad Decretal. collect. 7. n. 14.

Armorum autem appellatione quæ veniant tradunt Rebuff. l. armorum 4. ff. de verb. ſignif. Montan. in repet. verbo arma, fol. 11. col. 2. ad finem. Bonif. in peregrin. verbo, armatura, fol. 56. Auendan. in diſt. verbo armatura, fol. 173. Placa de delictis, lib. 1. c. 8. à n. 3. Cened. ad Decretal. collect. 7. n. 7. latè Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 2. per totum. Bellet. d. §. 18. n. 11. Campanil. in diuerſorio iuris Canon. rub. 4. n. 22. Carol. de Graſſis d. effect. 20. à n. 46.

Verum ſi ſubſit iuſta cauſa, poterunt Clerici arma portare, veluti ſi per loca periculofa iter faciant ad terrorem latronum, ut per gloſſ. hic verbo Clerici, & Bald. num. 2. ac Abb. n. 8. Socin. reg. 30. limitat. 6. Menoch. de arbit. caſu 394. numero 58. Decian. d. cap. 3. num. 34. Farin. d. quaſt. 108. n. 110. Bellet. d. §. 19. n. 15. Vel ſi eſſent in obſidione, aut haberent inimicitias, aut ex aliqua iuſta alia de cauſa, Bald. hic numero 7. Iacob. de Graſſis in aureis deciſ. part. 2. lib. 3. cap. 7. num. 3.

Verum autem Clericus portans arma, præcipue ſi ſint proditoria, offenſiua, vel aliter iure, aut ſtatuto Principis ſecularis prohibita, poſſit illis per ſeculares iudices ſpoliari? quaſtio à noſtris ſæpè agitata, in qua pars negatiua verior eſt ex dictis ad cap. quæ in Eccleſiarum, n. 2. & ad cap. Eccleſia ſancta Maria, n. 6. ſup. de conſtitut. Nam vbi nulla delicti forma, vel præſumptio in flagranti deprehenditur, ſpoliare clericum armis cognitionis eſt, cum in multis caſibus portare arma ſibi liceat, & dato, non verò conſeſſo quod ageretur de ſtatuto publicam concernente vtilitatem, & de lege ciuili generali, & fauorabili Reipublicæ, nec contraria ſacris Canonibus, etiam hoc caſu ad obſeruantiam talium ſtatutorum (quæ re vera Clericos ſaltem quoad vim coactiuam ligare non poſſunt, ut dixi d. cap. Eccleſia ſancta Maria, à num. 3.) per iudicem Eccleſiaſticum ſunt cogendi, gloſſ. verbo neceſſitatis, in c. generaliter 16. quaſt. 1. Rip. de peſte tit. de remed. ad conſeruandam vbert. n. 236. itaque coactio pertinebit ad iudicem Eccleſiaſticum, ac proinde clerici non poterunt per laicum armis ſpoliari, ut optime probant Alderani. Maſcard. de generali ſtatutorum interpretat. conſul. 1. num. 242. Marta de iuriſdict. part. 4. caſu 7. num. 20. Campanil. in diuerſorio iuris Canonici, rubric. 4. num. 19. Vgolin. de poteſtate, Epiſcop. cap. 13.

c. 1. §. 1. n. 3. Marc. Anton. Genuen. in *pract. Archiep. Neapolit.* c. 7. n. 6. Madius in *tract. de sacris Ordinibus* c. 14. n. 2. Duar. in *Bulle Cens.* lib. 2. can. 12. q. 1. n. 9. 1. c. 14. n. 2. Bonacin. de *legibus disp.* 1. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 2. & me citato in hoc loco Diana *resol. moral.* p. 1. tr. 2. *resol.* 9. Quicquid dicant Greg. 1. 46. tit. 6. p. 1. Conar. *pract.* c. 33. & lib. 2. var. c. fin. ult. Palat. in *repet. c. per vestras*, de *donation. inter virum*, notab. 2. §. 1. n. 13. & alij citati per me ad c. in *audientia* 25. de *sentent. excomm.* & per Carol. de Grassis de *effectibus cleric. effectum* 1. n. 862.

7 An potestas laicalis, seu eius familia possit capere clericum repertum cum armis, aut delinquere paratū, vide Doctores citatos per me ad *c. et fama* 35. n. 5. de *sentent. excomm.* & per Dianam. *resol. moral.* p. 1. tract. 2. *resol.* 10. & per parentem meum in *Remission. ad Ord. Regiā Lusit.* lib. 2. tit. 1. §. 29. n. 1. vbi n. 2. post Nauar. & Cened. agit de monacho reperto in flagranti delicto. Resoluit autem illa ab aliquibus tradita, vt valeat laicalis potestas detinere illos spatio viginti horarum. vnde prodierit non reperitur, non enim à iure, quippe quod illo attento apparet contrarium verius, in d. c. *ut fama*; neque præterea à glossa aliqua, quamvis Steph. Auer. in *tract. de potestate seculari in Ecclesiis fallit.* 12. *vers.* *quarō in clerico*, sub n. 14. & Cliban. de *iure fisci* c. 14. n. 140. adducant glossam ad eam comprobantem sententiam in c. *cum non ab homine*, de *iudic. ipse* re vera nullum scribit verbum de detentione ista per viginti horas: non effugiet ergo censuram laicalis potestas, si cum potuisset incontinētē ducere, vel dare vinculis, etiam brevis temporis interstitio mancipasset, refert me citato in hoc loco Diana. d. tract. 2. *resol.* 11.

8 Et *vsuarius*. De Clerico *vsuario*, vide quæ dixi ad c. *præterea* 7. infra de *vsuris*, pag. 277.

9 In *glos. Clerici arma*, ibi intellige si per loca periculosa transiunt faciant, &c. Notatur ad hoc, quod Clericus itinens potest arma portare pro sua defensione, & vt resisteret latronibus, plures per Carol. de Grassis de *effectibus* 20. a. n. 33. vbi n. seqq. alios recenset casus.

SYMMARIVM.

- 1 Presbyter habens populum, debet habere clericum, qui secum cantet, & in aliis hic expressis eum inuenit.
- 2 Parochus debet habere clericum, qui sibi in Missa deferuiat.
- 3 Celebrare sine ministro est peccatum mortale.
- 4 Famina non potest seruire Clerico celebranti.
- 5 Fidei rudimenta, ac Christiana doctrina pueris, Dominiciis, & aliis festiuis diebus edocenda.

CAP. Vt quisque. III.

Ex Concil. Matic.

Presbyter habens parochiam, debet habere clericum, qui secum cantet epistolam, & lectionem legat, qui possit scholas tenere, & admonere patres, vt mittant filios ad discendam doctrinam Christianam in Ecclesia, quos ipse cum omni castitate erudiat. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Host. Anch. Henric. Butr. Panor. Bald. Ioan. à Capistrano, Cened. collect. 63. Vivian. in *ration. lib.* 3. iur. Pont. pag. 2. Alagona in *comp. pend. iur. Canon.* pag. 353. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. refertur à Burchar. lib. 2. *Decret.* c. 56. Iuo p. 6. c. 152. & refertur ab Anton. Angust. collect. 1. *Decret.* lib. 1. tit. 1. c. 7.

2 Clericum habeat, qui secum cantet. Notatur ad hoc, Barbof. Collect. Tom. II.

quod Sacerdos parochus Clericum habere debet, qui sibi deferuiat, cum non possit solus Missam solemnem, vel alia diuina officia sine ministro suffragio celebrare, vt per Rebuff. in *tract. congrue portionis*, n. 65. Cened. d. collect. 63. n. 1. Caualer. dec. 498. n. 1. Vnde Ecclesia non debere dedicari nisi tantum assignetur quod duobus sufficiat, tradunt Cassad. dec. 19. de *preben.* Rot. dec. 56. n. 10. p. 2. diuers. & ideo exenari nō possunt à mortali peccato, qui Missam sine ministro celebrant, quia faciunt contra præscriptū Ecclesiæ in re grani, vt per Barthol. ab Angel. *dialog.* §. de *Missæ* §. 408. quem refert, & sequitur Bonacin. de *Sacram. disp.* 4. q. ult. punct. 9. n. 33. qui quidē minister masculus esse debet, vt patet ex communi Ecclesiæ vsu, scemina namque Sacerdos adhibere non potest, Barthol. ad Angel. d. *dialog.* §. §. 407. & 409. Soar. de *Sacram. disp.* 87. sect. 1. Valer. Reginald. in *praxi fori penit.* lib. 29. n. 163. Possenin. de *officio Curati de sacrific.* c. 2. n. 9. quos refert, & sequitur Bonacin. d. punct. 9. n. 32. aduertēs magis indecens, & periculosum esse scemina adhibere, quam sine ministro celebrare, Azor. *instit. moral.* p. 1. lib. 10. c. 19. Heriq. in *sum. lib.* 9. de *Missæ* c. 30. §. 1. Rgid. de *Coninchi.* q. 83. art. 4. n. 264. Steph. Fagundez in *quinque Ecclesiæ præcepta*, præc. 1. lib. 3. c. 2. n. 2. & 3. vbi refert ex Syluest. & Tabien. aliquando summū Pont. cōcedere privilegium vt moniales in casu necessitatis per fenestellā, Altari propinquā, Sacerdoti administrarent, refert Illustrissim. D. Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in c. non liceat. 31. n. 3. dist. 23.

Vt filios suos ad Fidem discendam mittant ad Ecclesias. Nouē Concil. Trid. sess. 24. de *reform. c. 4. in fine*, aduertit Episcopos vt saltē Dominicis, & aliis festiuis diebus pueros in singulis parochiis Fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes, diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curent: ad cuius maiorem obseruationem emanant constitutio Pij V. incipien. *Ex debito Pastoralis officij*, die 6. Octobr. 1572. & de materia, ac intellectu illius decreti Conc. Trid. & prædictæ Pij V. constitutionis, vide Prax. Episc. p. 1. verbo *doctrina Christiana*, §. 2. & 3. Cened. d. collect. 63. n. 4. & 5. Aloyf. Ricc. in *decisionibus Curia Archiepisc. Neapol.* dec. 22. p. 1. Campanil. in *diuersorio iuris Canonici rub.* 11. c. 14. n. 8. Pialec. in *praxi Episcop.* p. 2. c. 3. n. 19. quorum aliquos refero, & explico ego ipse de officio, & potestate Episcopi p. 3. alleg. 76. n. 37.

Quas autem orationes, & an illas explicitē credere, & de memoria scire teneamur Christi fideles, vide Simanch. de *carhol. instit.* c. 28. ex n. 8. Sebast. Medic. in *sum. virt. tit. de fide* q. 18. Penia in *direct.* *Inquisit.* p. 1. schol. 18. in q. 3. de *fide explicitē habenda*, Petr. à Nauar. lib. 2. de *restit.* c. 4. n. 2. 10. tom. 2. & alios citatos per Cened. ad *Decretum collect.* 6. n. 1.

SYMMARIVM.

- 1 Clericus, qui comam nutrit, excommunicandus est.
- 2 Clericis prohibuit comam nutrire sub anathematis pena Anacletus Papa omnium primus.
- 3 Clerici comā nutientes peccant mortaliter, & absolutio Sacramentalis illis denegari potest, intellige, vt ibi.
- 4 Clerici peregrini vti possunt vestibus breuioribus, & comam amplius solito laxare.

CAP. Si quis. IV. Greg. VIII.

Clericus qui comam nutrit, excommunicandus est. Colligitur ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Host. Anch. Henric. Butr. Panor. Bald. Io. à Capistrano, Vivian.

4 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal:

ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 2. Alagon. in compend. iuris. Canonici. pag. 354. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 1. cap. 3.

2 Anacletus Papa omnium primus sub anathematis poena prohibuit Clericis comam nutrire, vt testatur Illele. in historia Pontif. p. 1. lib. 1. c. 7. & 14. Menoch. de arbitr. casu 39. n. 26. Ego ipse de officio & potest. Episc. p. 2. alleg. 9. n. 10. Carol. de Grassis de effectibus cleric. effect. 37. nam eam nutriendes peccant mortaliter. Syluest. in summa. verb. Clericus 2. n. 2. Bernard. in pract. c. 70. alias 79. in fine. in nouissim. edit. Alber. Trot. de vero, & perfecto clerico. lib. 2. c. 39. n. 6. Rebuff. in praxi benefic. tit. de forma lit. cons. n. 32. Camill. Botrell. in summa omnium decif. tit. 1. n. 44. & ideo absolutionem Sacramentalem illis negari, vel differri posse, tulerunt Franc. Blanc. in p. 1. del memorial. vers. el nono caso, ibi, irem los Ecclesiasticos barbados, fol. 13. col. 1. Nanar. in tract. de oratione, c. 18. n. 77. quod intellige si monitus generaliter, vel specialiter perseueret, tunc enim propter inobedientiam, & contumaciam dignus est excommunicari, & peccat mortaliter, vt aduertit Sayr. in clau. Regia lib. 3. c. 7. n. 25.

3 In gloss. Relaxauerit, ibi, nisi ex iusta causa. Quae autem sint iustae causae, ob quas clericus excusari possit si habitum clericalem non gestauerit, ostendi d. allegat. 9. n. 16. cum segg. Et quoad religiosos aduertit Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. q. 76. art. 6. vers. secundo notandum, illos nullam incurere censuram ob honestam demissionem habitus, qualis est quae fit iusta de causa. Et clericos peregrinos posse vt vestibus breuioribus, imo & habitum clericalem mutare, ac etiam deponere, si ex delatione illius iusta esset causa timoris, tenet Carol. de Grassis de effectibus cleric. effect. 1. n. 1174. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, s. 16. n. 15. & plures alij, quos refero d. allegat. 9. n. 21. ac etiam comam amplius solito laxare, vt dicit haec glossa, referens quoddam quidam reprehendere vt a Papa, quia non deferrebat tonsuram, & comam laxauerat, respondit his versibus:

Tutus ut peterem laici sub imagine Roman,

Fas fuit vt sinerem luxuriare comam.

Refert Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiep. Neapol. c. 38. in annot. n. 4.

5 In gloss. Anathema sit, ibi, id est, fiat, sequuntur Bernard. d. c. 79. Hippolyt. in rubr. ff. de falsis, n. 32. Soar. de censur. disp. 18. sect. 3. n. 19. Illustrissimus D. meus Rodericus a Cunha in comment. ad cap. si quis 23. num. 4. dist. 23. pag. 175. Verum verba illa, anathema sit, inducere canonem latae sententiae defendunt Tiraq. in l. si inquam. verbo reuertatur. n. 149. alias num. 180. Ludou. Carbon. in tract. de legibus, lib. 8. disp. 6. vers. septima regula. Soar. de relig. lib. 2. de superstit. c. 18. n. 4. Monet. de distribut. quorid. p. 3. q. 7. n. 31. Coriolan. Capuccin. de casibus refertur. p. 2. casu 3. n. 48. p. 499.

SUMMARIUM.

- 1 Clericus neque comam nutriat, nec barbam.
- 2 Concinnatuli, & calamistrati a SS. Hieronymo, & Ambrosio saepe damnantur.
- 3 Barbam clericis nutrire prohibitum est.
- 4 Barbam & coronam tondendi mox quando inceperit, remissive, & n. 5.

C A P. Clericus j. V.

Ex Concil. Carthag.

Clericus neque comam nutriat, neque barbam. 1 Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. 9. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anch. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. a Capistrano, Viuian. in ration. lib. 4. iuris Pontif. pag. 3. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 354. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. Carthag. sess. 4. c. 44. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 1. c. 4.

Neque comam nutriat. De hoc dixi ad cap. si quis 4. n. 2. & segg. sup. hoc tit. Saep. D. Hieronymo, & Ambrosio concinnatulos, & calamistratos acriter damnant, vt refert Ioan. Bapt. Fin. de regulis iuris, bon. 22. vers. scelerum, & plura contra illos satis eleganter, de more suo adducit Illustrissimus Dominus meus Rodericus a Cunha post primam huius libri impressionem a me visus in comment. ad cap. prohibere 21. ex n. 4. dist. 23. pag. 173.

Neque barbam. Notatur ad hoc quod Clericis barbam nutrire prohibitum est, vt per Salzed. ad Bernard. in pract. c. 79. vers. & non solum in nouissim. edit. Mos autem tondendi Clericis barbam, & coronam quando inceperit, & vnde habuerit originem, referunt Ioan. Bernart. ad Statum lib. 4. Thebaidos, pag. 106. Cardin. Cesar. Baron. tom. 5. annalium Ecclesiae, anno Christi 398. pag. 48. Ioan. Pined. in Job. c. 1. vers. 2. pag. inibi 86. Fr. Bernard. de Britto in monarchia Lusitana, p. 2. lib. 5. tit. 2. fol. 39. vers. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, s. 17. a n. 12. quos refero ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 9. n. 10.

Verum circa hunc text. Salzed. loco proxime citato ita ait: Secundum vero ius Concilij Carthaginensis, vnde profectum fuit d. cap. Clericus, barbas radere, prohibitum est, nam, vt scribit Andr. ab Exea in rub. de constitut. n. 62. in codice Conciliarum sic legitur: Clericus neque comam nutriat, neque barbam radat, & recte nam lege antiqua sic praecipit Dominus populo suo, Leuitici, cap. 19. ibi, nec radetis barbam; idem etiam praecipit c. 21. ad Sacerdotes Aaron verba faciens (vide circa hoc quae adducunt Marc. Anton. Marci. de Ecclesiasticis redditib. p. 2. c. 19. n. 18. & Carol. de Grassis de effectibus cleric. effect. 37. n. 3.) Romae vero, & in multis Orbis partibus consuetudine receptum est vt barba Clericis sit permissa, modò labrum superius radatur, sicut testatur Martin. Nanar. in manuali confess. c. 25. n. 110. Menoch. de arbitr. casu 302. n. 27. Ioan. Pier. in tract. de barb. a Sacerdotibus portandis.

C A P. Clericus ij. VI.

Ex Concil. Triburien.

Clericus, qui non est in sacris, nec est professus religionis, si accipiat uxorem, illam non dimittat, sed coronam ferat. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Anchor. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. a Capistrano, Viuian. in rationali libri tertij iuris Pontificij, pag. 3. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 354. remissive Ximen. in concord. part. 2. referunt Burchard. lib. 8. Decret. c. 79. Iuo p. 7. c. 115. & Anton. Aug. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 1. c. 6.

Probat hic text. Clericum in sacris Ordinibus non existentem posse matrimonium contrahere, de quo latè Sanch.

Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 11. Gutier. eod. tract. c. 94. n. 19. Bonacin. eod. tract. q. 3. punct. 9. n. 1. & dixi ad c. 2. quiclerici, vel videntes, &c.
 Sine gradu. Intelligit sacro, cum gloss. in presenti, vt per Corlet. in sing. verbo accusatio. incip. An laicus n. 2. Roder. Corlet. in questionibus maioratus n. 34. Couar. in c. quia nos, n. 4. de restam. vbi gloss. communiter receptam dicit.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus debet tonsuram deferre, & si non vult, potest inuitus a suo superiore tonsderi.
- 2 Clerici comam & barbam nutrientes etiam inuiti tonsdendi sunt.
- 3 Beneficium non confertur in inuitum.

CAP. Clericus. VII. Alex. III.

- C**lerici, qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti a suis Archidiaconis sunt tonsdendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 4. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 354. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 2. sub tit. ne Clerici, vel Monachi, c. 6.
 Dicit hic text. Clericos comam, & barbam nutrientes etiam inuitos tonsdendos esse, vt per Bellet. disquis. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 17. n. 11. contra comam nutrientes plura satis eleganter de more adducit Illustr. D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me vilis in comment. ad c. prohibere 21. ex n. 4. dist. 23. p. 173.
 In gloss. Inuiti, ibi item argum. quod beneficia conferuntur in inuitos. Nam regulariter est beneficium non conferri in inuitum, vt per Tiraq. de nobilit. c. 6. n. 40. Surd. conf. 167. n. 15. Cardol. in praxi iudicium. verbo beneficium. n. 65. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. B. concl. 52. Thom. de Thomassetis in floribus legum reg. 60. vbi limitat quando tractatur de publica salute, & vtilitate, de quo etiam reg. 151.

S V M M A R I V M.

- 1 Monialium monasteria frequentans, & monitus non desistens, si Clericus est, deponitur, si laicus excommunicatur.
- 2 Monialium ad monasteria accessus omnibus in vniuersum iuris prohibitus est.
- 3 Regulares ad monasteria monialium cuiuscunque Ordinis accedere prohibentur.
- 4 Censura per statutum aut editum Episcopale aduersus aduentes monasteria monialium, & cum illis alloquenter, comprehendit tam subditos, quam non subditos.
- 5 Alloquutio cum monialibus, & accessus ad earum monasteria, vt permittatur debet adesse legitima causa.
- 6 Laici possunt à iudice Ecclesiastico puniri, si dum moniti fuerint, à monasteriis monialium non se abstinerint.
- 7 Frequentia inducitur ex duabus vicibus.
- 8 Frequentia alloquendi cum monialibus ex quibus vicibus inducitur.

CAP. Monasteria. VIII.

- C**lericus qui praesumit frequentare monasteria monialium sine rationabili causa, arceri debet ab
 Barbof. Collect. Tom. II.

Episcopo, & si non desistit suspendatur ab officio Ecclesiastico, laicus vero excommunicetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. Capistrano, Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 4. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 354. remissive Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. c. 11. & refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 1. c. 8.

Si quisquā Clericus. Notatur ad hoc, quod omnibus in vniuersum iuris prohibitus est accessus ad monialium monasteria, nisi ex iusta, & rationabili causa, vt declarat Fr. Ludou. Miranda in manuali. Prelat. tom. 2. tract. de sacris monialib. q. 4. art. 1. concil. 1. Regulares etiam ad monasteria monialium cuiuscunque Ordinis accedere prohibentur, per Decretum Sacrae Congregationis supra Episcopos, & Regulares, sub datum Romae Nonis Maij 1590. cuius decreti tenorem, referunt Sorb. in compendio Mendicant. verbo ingredi monasteria, Quarant. in summa Bullarum, verbo Monasteria monialium, pag. 451. in nouiss. impress. Campanil. in diuersorio iuris Canon. rub. 12. c. 16. n. 43. vers. Illustrissimi, vbi refert decretum hoc fuisse extensum ad Regulares Sancti Ioannis Hierosolymitani per Sacram Congregationem Vicario Neapolitano rescribentem, & n. 42. resoluit Regulares aduentes monasteria monialium absque Episcopi licentia non incidere in poenam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit, si habeant ex privilegio non posse ab Episcopo excommunicari, prout refert ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 102. n. 72. & 7. Illud tamen aduertere oportet, praedictam censuram per statutum, & editum Episcopale aduersus aduentes monasteria monialium, & cum illis alloquenter, comprehendere etiam tam subditos, quam non subditos accedentes ad monasteria exempta monialium subdita Regularibus, qui non subsunt iurisdictioni Episcoporum, existentia intra suam diocesim, prout optime resoluit Stephan. Gratian. discept. forens. c. 303. n. 23. cum seqq. quod intellige dummodo vetitus fuerit accessus ad monasteria etiam exempta, alioquin generica prohibitio non afficiet euntes ad exempta, cum Syluest. Rosel. & Roland quos refert & sequitur, resoluit Campanil. d. cap. 16. num. 45.

Sine manifesta, &c. Ergo adesse debet legitima causa, ob quam permittatur alloquutio cum monialibus, & accessus ad earum monasteria, Fr. Ludovic. Miranda d. art. 1. concl. 1. & non sufficit occasio consanguinitatis, praxis Episcop. p. 2. verb. Moniales, §. vers. circa secundum, Stephan. Gratian. d. c. 393. n. 16. quos refero ego ipse d. alleg. 102. n. 71.

Per Episcopum arceatur, &c. Ergo laici possunt à iudice Ecclesiastico puniri si dum moniti fuerint, à monasteriis monialium non se abstinerint, vt per Bobadil. in sua politica, lib. 2. c. 17. num. 50. quem refero ego ipse d. alleg. 102. n. 71.

In gloss. Frequentare, ibi, sed frequentia videtur ex duabus vicibus. Notatur ad hoc, quod frequentia inducitur ex duabus vicibus, vt per Mascard. de probat. cōcl. 424. n. 16. Et in terminis quod frequentia alloquendi cum monialibus inducatur ex duabus vicibus, tenent Cosm. in pragm. sanct. ad c. frequens, §. quapropter. fol. 54. Stephan. Gratian. discept. forens. 393. n. 17. Ego tamen credo melius dicendum istius frequentiae declarationem, si ea intercedat in hoc casu, remittendam esse iudicis arbitrio, cum Nauar. in cap. cum consideret, vers. multiplici, n. 23. de panit. dist. 5. Campanil. in d. cap. 16. n. 40. Sanch. in praecepta Decalogi, lib. 6. c. 16. d. n. 109. quos refero d. alleg. 102. n. 70. adde Ludou. Miranda d. tract. de sacris monialib. q. 4. art. 1. concl. 1.

6 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus potest statuere in Ecclesia certum numerum clericorum secundum ipsius facultatem, qui vivunt in communi, & contradictores ad hoc compellere, & istos in communi viventes potest absolvere ab communicatione incurta propter iniectionem manuum in socium.
- 2 Religiosorum & mulierum certus numerus is constitui debet, qui ex propriis monasteriorum redditibus, vel consuetis elemosinis sustentari possit.
- 3 Canonici extranumerarii an habeant vocem in electionibus Episcoporum, remissive.
- 4 Expensarum ratio habenda est in facultatibus assignandis.

CAP. Quoniam. IX.

- Episcopus, si facultates Ecclesie sufficiunt, potest statuere certum numerum clericorum, qui vivunt in communi, & potest compellere contradictores ad hanc observantiam per suspensionem officii, & beneficij, vel graviore poena, non obstante appellatione. Item si quis horum viventium in communi sit excommunicatus ob percussione socij, potest Episcopus eum absolvere, & poenitentiam illi imponere, dummodo atrocitas facti graviorem poenam non exspectat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Butr. Hostienf. Anch. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano. Vivian. in ration. lib. 3. in v. Canon. pag. 5. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 354. remissive Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 1. c. 10.
- Certum in eis valeatis, &c. [Certus enim Religiosorum & mulierum numerus in quolibet monasterio is tantum constitui debet, qui ex propriis monasteriorum redditibus, vel consuetis elemosinis sustentari possit, ut ex Concil. Trident. pluribusque Doctoribus annotavi de officio & potestate. Episcopi p. 3. alleg. 98. n. 1. & novissime in Sacra Concilij Congregatione hoc ipsum novè decisum & stabilitum est.]
- De Canonicis extranumerariis, & an habeant vocem in electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum, dixi ad c. cum M. 9. 16. & 17. sup. de constitut. Et quod ille, qui est supra numerum, si admittatur in collegio, non gaudet beneficio collegij, per hunc textum Corlet. in sing. verb. supranumerarius, & an distributiones quotidianas lucretur, habeatque iura canonice, vide Monet. de distributionib. quotidianis, p. 2. q. 1. n. 9. cum seqq.
- In glo. Et expensis, ibi, in facultatibus assignandis habenda est ratio expensarum. Vide Palat. in repet. c. per vestras de donation. inter virum, & uxorem, §. 18. n. 30. Tiraq. de retrat. lign. §. 15. gl. 1. n. 3. Mexi. in tract. rassa panis concl. 2. n. 94.

SUMMARIUM.

- 1 Indices Ecclesiastici, & delegati gratis indicare debent.
- 2 Index promovere temporali sententiam ferens quas penas incurrat, remissive.
- 3 Delegatus Papa habet expensas vietus ubi exit domum.
- 4 Ordinarius index cum accedit ad aliquem locum suæ iurisdictionis, seipsum alit.

- 5 Iudici data non quidem determinatè in favorem dantis, sed simpliciter, & indeterminatè, ut cum expediat, provi iustitia postulaverit, an sint obnoxia restitutioni, ostenditur, & n. 6.
- 7 Escentia & poenitentia ac alia modica munera, an quando iudici dari possint, & quid attento iure Digestorum, Authenticorum, & Pontificio ostenditur, & n. 8. & 9.
- 10 Sportula recipi an possint.
- 11 Sententia venales sunt nulla.
- 12 Iudici dans pecuniam pro conservatione iuris sui, vel etiam pro redemptione indebitæ vexationis, non tenetur in aliquo, nec puniatur.
- 13 Litiganti licitum est in foro conscientie ad redimendam vexationem iudici etiam publicum stipendium habenti dare aliquid temporale, ut pro sententiam sententiam fuerat, quando, &c. & n. 14.
- 15 Iudici dantis in dubio, presumitur datum in malum.
- 16 Sententia venalis arbitri est valida.

CAP. Cum ab omni. X.

Innoc. III.

Iudices Ecclesiastici & delegati non debent accipere decimam, vel quotam litis, etiam si esset consuetudo, vel quamvis laici id accipiant nomine Assessorum, quia gratis est iudicandum, & venales sententia à iure etiam civili reprobantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Host. Anchor. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano. Vivian. in ration. lib. 3. in v. Pontif. pag. 6. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 355. remissive Catalan. annos. & Ximen. in Concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 3. tit. 1. c. 1.

De indice pro munere temporali sententiam ferente & quas penas incurrat, vide in tit. ff. & c. ad l. Iuliam, reper. c. qui rectè 1. 1. q. 3. c. non sent. vers. sed non ideo 1. 4. q. 5. c. militare, ad fin. 2. q. 1. Couar. qui hanc iudicis turpitudinem, & peccatum multis prosequitur, in reg. peccatum, p. 2. §. 3. n. 1. col. 3. Menoch. de arbit. casu 342. Decian. in pract. crimin. lib. 8. c. 33. & c. 55. ex n. 6. Nann. in n. an. c. 17. n. 13. Cened. qui multa in hoc propositum tum ex sacris, tum etiam ex humanioribus literis congerit ad Decretal. collect. 134. Sol. de iustitia lib. 4. q. 7. art. 2. Molin. eod. tr. 2. disp. 83. à princip. Less. in simili tract. lib. 2. c. 14. ex n. 62. Rebelle. de obligat. instit. p. 2. lib. 18. q. 20. & 22. Farin. in pract. crimin. p. 3. q. 111. à princip. & præcipue ex n. 15.

Præter expensas victualium, &c. Notatur ad hoc quod delegatus Papæ habet expensas vietus ubi exit domum, ut per Surd. de alimentis, tit. 1. q. 79. n. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 57. n. 8. ubi n. 9. idem resoluit in Legato, Nuntio, & Visitatoribus Apostolicis. Ordinarius vero index cum accedit ad locum aliquem suæ iurisdictionis, alit se ipsum, nec pro impensis victus, & equi, & vecturæ quidquam exigere potest à partibus, ut Surd. d. q. 79. n. 7. & Stephan. Gratian. d. c. 57. n. 11. ubi n. 12. idem resoluit in conservatore.

Nos attendentes, &c. [An & quando data iudici non quidem determinatè in favorem dantis, sed simpliciter, & indeterminatè, ut cum expediat provi iustitia postulaverit, restitutioni sint obnoxia, poterit ab aliquibus in dubiis reuocari, in quo distinguere oportet inter ius antiquum Digestorum, de quo in l. 2. vers. sed si dedisti. ff. de condit. ob turpem caus. & inter ius novum Authenticorum, de quo in authent. ut litigantes iurent in exordio litis, &c. circa princ. collat. Nam de iure antiquo Digestorum spectata rei natura danti concedebatur

hatur actio ad repetendum, quia turpitudine huius dationis versabatur solum ex parte accipientis, non verò ex parte dantis, quippe quòd eo tempore non censetur in ea datione iudicem corrupisse, & ita nec deliquisse videbatur, unde succedebat reg. text. in l. 1. in fine, & in l. 4. vers. quous, ff. de condit. ob temp. caus. At verò ex dicto iure nono Digestorum nunquam repetitio danti concedi potest, sed munus datum iudici publicum stipendium habenti adiudicetur fisco in foro exteriori, quippe quòd supposita hac noua iuris prohibitione condemnante, & excludente omnem in vniuersum dationem ex quacunque causa iure non permitta iudici factam, iam non est licita, sed turpis hac ratio ex parte etiam dantis, quantumvis ipse à parte rei non intenderit iudicem corrumpere, ac ita in particulari cessauerit negatiue finis huius noue prohibitionis, neque enim ob id cessare debet eadem prohibitio, iuxta text. sic intelligendum in l. prope, vers. quod quidem, ff. qui & à quibus. Ex quibus ita post gloss. verbo dedi, ad fin. in d. l. 2. resoluunt sub hac distinctione Bart. in auth. nouo iure n. 3. C. de poena iudic. qui male iudic. Salicet. in l. ult. n. 2. in fine vers. hodie verò, C. eod. tit. Bald. in d. l. 2. disp. 90. n. 2. & citati per Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 111. n. 111.

6 Limita tamen supradicta ne procedant in muneribus, quæ iudici data fuerint gratis, & per modum donationis liberalis, seu gratitudinis absque villa ratione pretij, vt quia data sunt ex amicitia, orta etiam contemplatione officij publici indicandi, aut ex gratitudine, & gaudio rei iussu obtenta, vel etiam vt animus iudicis in posterum beneuolus reddatur ad negotia dantis expedienda similiter secundum institutionem, imò & ad ipsummet negotium ceptum, & adhuc infectum diligenter expediendum intra iustitia limites in fauorem ipsius dantis; hæc etenim non in vim pretij, sed liberaliter & gratis induci data, non tenentur ipse danti restituere ante condemnationem, nec cuiuslibet alteri ante illam, vel antequam ad acquiendum hæc dona inhabilis ab aliqua lege reddatur, nam licet in his etiam terminis censi debeat hodie prohibitus index sic accipere, & litigans sic dare, supposita noua & vniuersali prohibitione Authenticorum, de qua supra, & proinde concludi videatur posse & debere iudicem accipientem puniri in foro exteriori, & per sententiam priuari rebus sic donatis; tamen ante illam non incurrit huiusmodi priuationem, nec proinde tenebitur interim in foro conscientie illa restituere, nam in hac acceptione non offendit iustitiam ipsius dantis, quia dum liberaliter & gratis dedit, vt supponimus, consequenter fuit in ea datione, & dominij translatione omnino & perfecte voluntarius, & nullius iniustæ sententia, aut dilationis metu coactus. Vnde merito hanc limitationem colliges ex traditis per Molin. de iustit. tract. 2. disp. 88. sub n. 6. cum seqq. & ex n. 15. & disp. 95 sub n. 22. & ex his, quæ post Petr. Nau. & Tolet. tradit Rebell. de obligat. iustit. d. 2. lib. 18. q. 20. n. 2. Jacob. de Graff. in aureis decis. lib. 2. c. 123. n. 15. Less. de iust. lib. 2. c. 14. n. 72. post alios Sayr. in elau. Regia, lib. 10. tract. 5. c. 37. n. 24. vbi multis confirmat exemplis de actibus virtutum, quos gratis facere tenemus, vel vitiourum, & quæ gratis fugienda sunt; & tamen licet in foro conscientie ante legitimam iudicis prohibitionem possumus absque onere restituendi accipere aliquid ab eo, qui nobis id dederit euidenter ex liberalitate per modum gratificantis, vel etiam inuitantis, allicientis, & recte disponentis animum nostrum, etiam sub expressa conditione fauendi, vel omittendi ea, quæ gratis facere, vel omittere tenemur.

Circa esculenta & poculenta, ac alia modica munera, sciendum est, quod de iure communi antiqua Digestorum cuiuslibet iudici seculari etiam Ordinatio dari poterant esculenta, & poculenta, non quidem ab eo expressè, vel tacitè petita, sed sibi oblata ex mera liberalitate, & tam exigua vt consumantur intra paucos dies arbitrio prudentis definiendos, iuxta circumstantias tum iudicis recipientis, tum personæ largientis, tum denique rei oblata, & similia, dummodo non ab vno, & eodem frequenter offerantur progressu temporis, iuxta text. in l. solent, vers. non verò, ff. de offic. Procons. & in l. plebiscito, ff. de offic. praesid. cum traditis per Azened. l. 1. ex n. 17. tit. 6. lib. 3. noua recop. Auiles ad c. 1. Prator. ex n. 10. Auendan. de exequendis mand. lib. 1. c. 2. ex n. 4. Menoch. de arbit. casu 517. n. 13. cum seqq. iuncto n. 22. Rebuff. ad leges Gallie, tit. de salar. ex n. 4. Jacob. de Graff. d. lib. 2. c. 123. n. 11. Molin. d. tract. 2. disp. 84. n. 1. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 28. ad fin. Rebell. d. q. 22. n. 3. Quæ quidem iura procedunt ex ea ratione, quia non erat verisimile quod propter hæc modica munera moueretur animus iudicantis, vt bene obseruat gloss. verbo consumit, in cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. Graff. Azor, & Rebell. proximè citatis locis.

Postea vero iure nouo Authenticorum in auth. vt 8 indices sine quoquo suffragio, §. scriptum est exemplar in 2. vers. quapropter, collat. 3. fuerunt prohibita huiusmodi etiam munera, itavt iudici nihil sub ratione muneris dari, nec ab eo accipi possit, nisi publicum stipendium non haberet, sic emendato antiquo iure Digestorum in d. l. non solent, vers. non verò, & in d. l. plebiscito, vt bene obseruat gloss. pen. ibi, Molin. d. disp. 84. n. 1. vers. observa, Decian. in tract. crimin. lib. 3. c. 35. tit. qui committant, & quibus modis committatur crimen repetundarum, n. 14. in fine, & alij plures citati per Menoch. d. casu 517. n. 13. vbi n. 18. refert aliquos contrarium tenentes.

Quod attinet ad ius Canonicum distinguere oportet inter indices delegatos Summi Pont. & inter indices ordinarios, etenim quoad dictos delegatos dispositum est in c. statutum, §. insuper, de rescript. lib. 6. vbi ipsi dicta solum munera in cibo & potu à partibus spontaneis accipiant, quia scilicet stipendium habere non solent, non quidem quod eorum munera illo dignum non sit ex natura rei, sed potius, quia ius Canonicum in d. §. insuper, & in hoc text. voluit eos in locum stipendij contentos esse sufficienti sustentatione, quam supponuntur habere ex redditibus horum beneficiorum, vt habetur in hoc text. & in hoc etiam themate loquitur d. §. insuper, iuncto princ. eiusdem cap. dum ibid. agit de Legatis Sedis Apost. qui quidem de iure nouo illius text. vt tales esse possint debeat habere dignitates, aut personatus, vel Canonatus Ecclesiarum Cathedralium, obseruat Doct. in hoc text. vbi Panorm. n. 11. Adrian. quodlib. 10. art. 1. ante lit. H. & alij, quos sequitur Molin. d. disp. 84. sub n. 11. & 12. consequenter inferentes quòd huiusmodi delegati congruam sustentationem non haberent aliunde ex beneficio, aut redditibus Ecclesiasticis, poterunt aliquid à partibus accipere pro suo munere exequendo. At verò quoad indices ordinarios Ecclesiasticos, nempe Episcopos, & alios Prelatos, idem est dicendum quod supra, dixi quoad indices ordinarios seculares de iure Authenticorum, itavt nec ipsa etiam esculenta, & poculenta possint accipere à partibus, nisi in duobus casibus statim dicendis, quippe quod habent pingue beneficium, quod sibi ipsis cedit in stipendium ad sustinenda omnia onera suo beneficio annexa, unde succedit dicta prohibitio Authenticorum.

8 Collectanea Doct. in lib. III. Decretal.

rum, vt bene contra Sylu. verbo *index illat.* 1. q. 8. & 9. prosequitur Molin. d. disp. 8. 4. sub n. 8. Sayr. in clau. Regia, lib. 1. c. 13. sub n. 18. post gloss. & Panorm. n. 13. in hoc text. & post alios ab eodem Sayr. citatos idem resoluentes, etiam si Episcopus causa litigantium egredereetur domicilium, prout etiam idem resoluit Molin. ibid. in indice delegato eiusdem Ordinarij non solum ad vniuersitatem causarum, sed etiam ad causam particularem, sequens sententiam gloss. verbo *expensas in hoc text.* & Syluest. ubi proxime, contra aliam gloss. aliter distinguentem verbo *moderatas*, ante fin. in d. 8. in super, & contra Panorm. eam amplectentem d. n. 13. Quod autem attinet ad duos casus exceptos, in quibus Ordinariis Ecclesiasticis conceditur de iure Canonico, vt non obstante dicta generali prohibitione accipiant à patribus esculenta & poculenta, reperies primum casum in cap. *cum sit Romana*, de *simon.* videlicet quando consecrant Ecclesiam, & secundum casum habes quando visitant diocesim, vt habetur in cap. *cum Apostolus*, & in cap. *supra*, & in cap. *cum nuper*, de *cenfib.* Concil. Trident. sess. 24. de *reform. c. 3.* & obseruant Molin. d. tract. 2. disp. 3. 5. ubi prosequitur casum visitationis, Azor. in *instr. moral.* p. 3. lib. 13. c. 30. Sayr. in clau. Regia, lib. 3. c. 9. n. 31. & sub d. num. 18. Quamvis contrarium, imò quoddam distinctè attento omni iure Canonico, & ciuili possit quilibet index Ecclesiasticus, vel secularis, tam Ordinarius, quam secularis accipere licite esculenta, & poculenta, quæ in dictis iuribus *xenia* vocantur, intra paucos dies consumenda, crediderit inaduertenter Sayr. alios referens d. c. 12. n. 19.

10 *Gratis studentis litigantibus, &c.* Ergo sportula recipi non possunt, de quo vide Roman. sing. 183. Corlet. in sing. 197. verbo *sportula*, Bonet. sing. 3. n. 8. Soar. de relig. lib. 4. de *simonia*, c. 20. n. 16.

11 *Et venales sententiae, &c.* Notatur ad hoc, quoddam venales sententiae sunt nullae, de quo vide apud Lusitanos, Ordin. Reg. lib. 3. tit. 7. §. 1. in *prin. n. 7.* & apud Castellanos l. 13. & 24. in *fine tit. 22.* p. 3. Menoch. de *arbitrar. casu* 343. n. 8. Mench. *usufreg. c. 37.* Aviles ad c. 1. *Pratorum*, verbo *donat* n. 6. Rebuff. de *reprob. restitut.* n. 405. Peregr. de *iure fisci*, lib. 7. tit. 4. n. 5. cum seqq. Aloyf. Ricc. in *collect. decis.* p. 5. collect. 1499. Farinac. in *praxi crimin.* p. 3. q. 111. n. 197.

12 In gloss. *Abstinere*, ibi, *missi ubi quis redimit ius suum*, &c. Collige ex gloss. quoddam dans iudici pecuniam pro conseruatione iuris sui, vel etiam pro redemptione indebitae vexationis, non tenetur in aliquo, nec punitur, quia hoc non est malum, nec species mali, vt per Farin. d. q. 11. n. 116. Licet enim in foro conscientiae litiganti ad redimendam vexationem iudici etiam publicum stipendium habenti dare aliquid temporale, vt pro se iustam sententiam ferat, quando imminet periculum certum, aut omnino verisimilius futurum quoddam euidens litigantis iustitia ab eo indice inique alioquin iudicaturus praeuertatur, vel iniuste differatur, cum maiori eiusdem detrimento, quoddam quidem ipse alia via euadere non poterat, ita gloss. verbo *ille*, in d. cap. non sanè 14. q. 5. Abb. in *presenti*, num. 8. Syluest. verbo *restitutio* 218. Couar. in *reg. peccatum*, p. 2. §. 3. num. 1. col. 2. Iacob. de Graff. in *aureis decis.* lib. 2. cap. 123. ex n. 1. Menoch. de *arbitr. casu* 343. num. 8. & 9. Fr. Emman. in *summ. rom.* 2. cap. 41. num. 7. Molin. d. tract. 2. disp. 88. num. 2. cum seqq. Sayr. in clau. Regia, lib. 10. tract. 5. cap. 3. num. 6. Less. d. lib. 2. cap. 14. num. 64. Rebell. d. q. 22. num. 4. Farin. d. q. 111. n. 109.

13 quicquid oppositum tenuerit gloss. 1. in d. cap. qui rectè 11. q. 3. Sot. de *instr. lib.* 4. q. 7. art. 1. ad 2. exultimantes quod licet iuste possimus petere indeterminatè à iudice, & ei dare aliquid temporale, vt iuste iudicet,

tamen torpiter faciemus si ei demus exprimendo determinatè, vt pro nobis ferat sententiam etiam iustam. Quæ quidem sententia non solum vera est in foro interiori, sed etiam in foro exteriori, ita vt in eo dans iudici vt supra, repetere possit, vt colligitur ex Abb. d. n. 8. Syluest. verbo *index* 1. q. 12. pronunt. 6. Graff. d. c. 123. n. 2. Molin. d. disp. 88. ex n. 2. & disp. 90. sub num. 11. Couar. Menoch. Less. Rebell. & Farinac. citatis locis.

Contra quas resolutiones non obstat quoddam alia remedia prater dictam pecuniam, vel alterius temporalis muneris dationem superius ad redimendam hanc iudicis vexationem, nempe reulatio, vel appellatio, ac proinde dicta datio necessaria non sit, & consequenter improbari debeat, quia responderetur hæc iuris remedia non esse adeo certa in sui executione, imo vt plurimum esse in hoc respectu dubia, cum pendeant ex arbitraria probationum admissione, & ex aliis quæ solent cuiuslibet litis dubium euentum reddere, iuxta text. in l. *quod debetur* §. 1. ibi, & euentus executionis possit esse incertus, ff. de *pecul.* quod cum ita se habeat rationi consonat vt aliud remedium quaeratur, quod non ita dubium sit, sed adeo certum ac ipsimum damnum ex iniquitate iudicis indubitanter imminens, vt in effectu bene considerans responderet Fr. Emman. d. n. 7. Nec etiam obstat text. in l. 2. vers. *sed si dedit*, ad fin. ff. de *condict. ob turpem causam*, dum probat quod si litigans dederit iudici, vt pro se in bona causa pronuntiet, censetur iudicem corrupisse, & ita crimen contrahit, quia responderetur illum text. & eius rationem non procedere in foro interiori, quippe quod in eo non potest censeri index corruptus saltem ex parte dantis, quando is, qui alias esset iniuste iudicaturus, modo accepta pecunia iudicat pro eo, qui iustam causam habet, & ita ab iniquitate reducit ad rectitudinem, videlicet ab iniqua sententia ad iustam, & consequenter deuiat à formali ratione corruptionis, quæ consistit in eo quod à rectitudine corruptionis deflectat, vt bene eundem text. intelligens respondet Iacob. de Graff. d. c. 123. num. 4. quinimo nec quoad forum exterius idem text. locum habet, quia ratio supradicta in eo pariter locum habet, supposito quod ex circumstantiis externis verosimiliter appareat in his terminis non interuenire corruptionem iudicis, maxime ex parte sic dantis, iuxta tradita per Molin. d. disp. 89. in *fine*, ubi proxime hanc extensionem deducit per epius etiam, ex mente eiusdem text. & cuiuslibet alterius legis, quantumvis vniuersaliter prohibentis quamlibet muneracionem factam iudici, vel cuiuslibet alteri publico officiali, & quidem merito, nulla enim lex humana in dubio intendit, imo nec potest tollere defensionem necessariam iure naturali omnium concessam, iuxta notata in c. 1. per text. ibi, de *causa possess.* quia sanè defensione vitur ille, qui ad redimendam vexationem in supradictis terminis iudicem munerat, vt bene aduertit Sayr. in clau. Regia, lib. 10. tract. 5. c. 3. sub n. 10. col. 2. sub *versatio est*.

15 In ead. gloss. ibi, *Semper tamen presumitur esse malum*. Notatur ad hoc quod quando pecunia, vel aliud munus datur iudici simpliciter, non expressa causa dationis, in dubio, dum aliud legitime aliunde non apparuerit, presumitur datum iudici in malum, idest, non esse datum pro redimenda vexatione, sed potius pro indice corumpendo, & sollicitando ad sententiam ferendam pro ipso dante, vt per Farin. in *praxi crimin.* p. 3. q. 111. n. 117. iuncto n. 105. & 108. inde concludens sic dantem non posse repetere.

16 In gloss. *Reprobetur*, vltim. ibi, *si autem fuerit sententia arbitri, tenet*. Notatur ad hoc quod venialis sententia

De Vita, & honestate Cleric. Tit. I. 9

sententia arbitri, est valida, vt per Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 6. §. n. 384. quem refert parens meus in comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 7. §. in princ. n. 7. in fine.

C A P. Deus, qui. XI.

Religiosi diuersi habitus missi ad prædicandum de nouo conuersis, ne populi scandalizentur, debent accipere communem, & honestum habitum, vt sint conformes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Panorm. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 8. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 355. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 1. c. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Ludi theatrales etiam pretextu consuetudinis in Ecclesiis, vel per clericos fieri non debent.
- 2 Ludi theatrales, seu representationes in Ecclesiis fieri non debent.
- 3 Clerici non possunt personarum habitum suscipere, vel larvis se regere.
- 4 Laicus vtens causa ludibrij veste religiosa virorum, aut mulierum, peccat mortaliter, & grauiter puniatur.
- 5 Index Ecclesiasticus punire potest saculares induentes habitum regularium in ludibrium.
- 6 Representationes facere possunt clerici rerum piarum, & solemnitarum Fidei nostræ.

C A P. Cùm decorem. XII.

Ludi theatrales non debent fieri in Ecclesia, nec per clericos sacros, nec obstat consuetudo, quia est corruptela inquinans honestatem Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. libri 3. iuris Pontif. pag. 8. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 355. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 3. tit. 1. c. 4.

Ludi sunt in Ecclesiis, &c. [Notatur ad hoc, quod ludi theatrales, siue representationes in Ecclesiis fieri non debent, vt per Nau. in tract. de oratione. c. 5. n. 25. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo representationes, Fructuos. Bisbe in el tratado de las comedias, c. 3. fol. 13. Theatrales.] De ludis amphitheatralibus & scenicis agit Illustr. D. meus Roderic. à Cunha in comment. ad cap. præterea 3. n. 1. dist. 51.

Monstra larvarum. [Vide Peres in libello quem scripsit contra las mascarar, id est, aduersus eos, qui cautos cortices, (vt vocat Virgilius) ori admovent, ac laruari in publicum exeunt, Greg. Lop. l. 3. verbo vesfiduras, tit. 12. p. 5.] Verum etiam in aliquibus, &c. [Notatur ad hoc, quod clerici non possunt personarum habitum suscipere, vel larvis se regere, vt per Petr. Greg. syntagm. iuris lib. 39. c. 11. Lambert. de inepatr. lib. 2. p. 2. §. 9. art. 26. n. 5. Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. §. 8. Bellet. disquis. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 23. n. 7. Ioculatores enim, & representantes in scenis pretio recepto seu causa quaestus, dum se in arte assuefecerint, sunt infames, & non possunt promoueri ad Ordines, vt per

Greg. l. 5. verbo iuglar. tit. 7. p. 6. Fructuos. Bisbe d. tract. de las comedias, c. 12. vbi ad longum quod officium representandi vtroque iure ab antiquis pro vili, & infami habitum est. Nec etiam licet clericis interesse comediiis cum spectatores suo accessu & presentia causam afferant scenicis turpia agendi, insuper quia elargiri pecunias histrionibus immane flagitium est, Petr. Gufman. in lib. bienes del honesto trabajo, discurso 6. §. 7. Paul. Comit. respons. moral. lib. 5. q. 11. n. 8. cum seqq. vbi ex n. 1. probat comediarum impudicarum auctores mortiferi criminis esse reos. Verum si comedie audiantur ob solam vanam curiositatem absque periculo probabili lapsus, etiam si res turpes represententur, & modus representandi sit turpis, ego puto non esse peccatum mortale, cessante scandalo, quod existimo modo non esse, quia frequentissimum est clericis comediiis interesse, ita Fr. Emman. in sum. tom. 3. c. 71. n. 1. Ioan. Salas in 1. 2. tom. 2. tract. 13. dist. 6. sect. 24. n. 165. Lorca in p. 2. tom. 2. dist. 28. de peccatis, memb. 3. vers. ex dictis, in fine, Paul. Squill. de oblig. sacerdot. p. 2. n. 45. Sanchez de matrim. lib. 9. dist. 46. n. 41. Bonacin. in simili tract. q. 4. punct. 9. n. 22.

in gloss. Monstra larvarum, ibi, prohibitum est etiam causa ludibrij vti habitu monachali, vel alio religioso, &c. Notatur ad hoc, quod secularis vtens veste religiosa virorum, aut mulierum causa ludibrij, vel vituperij, peccat mortaliter, & grauiter puniatur, vt per Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 76. art. 1. Fructuos. Bisbe d. c. 3. fol. 18. Bellet. d. §. 13. n. 10. Vnde potest Index Ecclesiasticus punire saculares induentes habitum Regularium in ludibrium, seu per iocum, vt in comediiis, theatris, & huiusmodi, idem Bellet. d. p. 1. tit. de favore clericorum reali, §. 5. n. 98.

In ead. gloss. ibi, Non tamen hic prohibetur representare, &c. Notatur ad hoc quod Clerici facere possunt representationes rerum piarum, & solemnitarum Fidei nostræ, vt Passionis Domini nostri Iesu Christi, vitæ alicuius Sancti, & illis interesse, vt per Abb. hic n. 1. Lambert. d. art. 26. n. 6. in fine, Bellet. d. §. 23. n. 94.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici debent continere, & castè viuere.
- 2 Clerici templum, & vas Domini, ac Sacrarium Spiritus Sancti esse debent.
- 3 Sodomitarum Clericorum pena que remissive.
- 4 Concubinarum pena qua remissive.
- 5 Suspensionem violans celebrando Diuina, deponendus est à beneficio, & officio.
- 6 Suspendus ex delicto violando suspensionem per exercitium solemne maioris Ordinis, à quo est suspensus, fit irregularis.
- 7 Graci Sacerdotes vtentes matrimonio ante Ordines inito minime peccant.
- 8 Penam pecuniariam Ecclesiasticus index imponere nequit.

C A P. Vt Clericorum. XIII.

Clerici, præsertim in sacris, castè viuere debent, abstinendo se à libidinis vitio, præsertim illo, propter quod venit ira Dei, & peccantes puniri debent canonicè pro qualitate delicti, & si ob hoc peccatum suspensus præsumpserit celebrare diuina, spoliatur Ecclesiasticis beneficiis, ac perpetuo deponatur: & Prælati qui præsumpserint tales peccantes sustinere, maxime intuitu pecunie, vel alterius commodi temporalis, puniri debent pari pena, & clerici, qui habent coniugem, si peccant, grauius puniuntur. Colligunt

ligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hostiens. Henric. Anchar. Patr. Panormitan. Bald. Ioan. à Capistrano, Viñian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 3. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 356. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innocent. III. cap. 14. & refertur ab Anton. Augustin. collect. 4. Decretal. lib. 3. tit. 1. c. 2.

2. *Caste vivere studeant, &c.* Cum enim Clerici templum, & vas Domini, & Sacrarium Spiritus sancti esse debeant, dici indignum est eos cubilibus, & immunditiis deferuire, Paul. ad Roman. 13. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem, idem Apost. 1. ad Thessalon. 4. nam qui ambulat in via immaculata, inquit Deus per David, hic mihi ministrabit, Psalm. 100. cum aliis quamplurimis utriusque Testamenti, ac SS. Patrum auctoritatibus, quas adduco de officio, & potestate Episcopi, part. 1. tit. 2. gloss. 8. & latè Carol. de Grassis de affectib. cleric. in pralud. à n. 25. Petr. Crespet. in summ. Cathol. Fidei, verbo *celibatus*, col. 4. ubi per cap. Episcopos dist. 31. observat quod qui divinis interveniunt, continent esse oportet. De virtute castitatis latè D. Thom. 2. 2. q. 151. art. 1. cum segg. latè Lessius de iustit. lib. 4. c. 2. dub. 13. Vnde deducitur male Panorm. in cap. cum olim n. 4. de cleric. coniug. docuisse consilium iri Ecclesie si generali statuto caueretur ut clerico nolenti continere liceret ad nuptias convolare, cuius dictum meritò reprehendunt Sor. lib. 7. de iustit. q. 6. art. 1. in fine, Azor. iustit. moral. p. 1. lib. 1. c. 13. q. 5. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 8. n. 3.

3. *Propter quod venit ira Dei, &c.* De penis Clericorum Sodomitæ crimen committentium, egi latè ad cap. Clerici, de excess. pral. pag. 323.

4. *Incontinentia visio, &c.* De penis Clerici concubinarum dixi commodius ad cap. sicut 4. & ad cap. versus 8. de cohabit. clericorum, & mulierum.

5. *Si quis igitur, &c.* Notatur ad hoc quod, violans suspensionem celebrando Divina, deponendus est non solum à beneficio, verum etiam ab officio, ut per Valer. Reginald. in praxi fori pæn. lib. 3. 2. pract. 2. n. 32. Nam suspensus ex delicto violando suspensionem per exercitium solemne maioris Ordinis, à quo est suspensus, fit irregularis. Nau. in man. c. 27. n. 103. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 18. puncto 1. Sayr. de censur. lib. 4. c. 16. n. 3. & alij, quos refert Bonacin. cod. tract. de censuris disp. 3. q. 6. punct. 5. n. 5.

7. *Qui autem secundum regionis, &c.* Et ideo Sacerdotes Græci vtentes matrimonio ante Ordines initos, minimè peccant, ut per Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 28. n. 6.

8. *Orienta pecunia.* Ergo Ecclesiasticus index pecuniariam penam imponere nequit, de quo vide Cou. lib. 2. var. cap. 5. num. 9. Clar. lib. 5. §. fin. p. 80. n. 4. Illud tamen verum est attenta nona dispositione Concilij Trid. sess. 25. de reform. c. 14. vers. *qua fabricæ*, Episcopum debere multas pecuniarias, eo ipso quod exacte fuerint, pijs locis assignare, ac proinde non posse portionem aliquam, etiam in minima parte, Vicario pro sua mercede limitare, & minus Cameræ suæ Episcopali applicare, non obstante contraria consuetudine, provt resoluunt Sbroz. de officio Vicarij in addit. lib. 2. q. 143. Quarant. in summ. Bullarj verbo *pecuniaria*, Pialec. in praxi Episcop. p. 2. c. 4. n. 97. in princ. Galet. in margarita casuum conscientie, verbo *pæna* 1. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 349. in 1. edit. alias resol. 300. n. 3. in 2. edit. Ego ipse de officio, & potest. Episc. p. 3. alleg. 107. n. 19. Vbi tamen Episcopus admodum pauper esset, eas sibi assumere poterit, se-

cundum Molfes. in comment. ad consuet. Neapol. p. 4. q. 64. sub n. 14. Aloyf. Ricc. d. resol. 307. num. 3. vers. *limita.*

S V M M A R I V M.

1. Clericus à crapula, & ebrietate non se abstinens, ab officio, & beneficio est suspendendus, & n. 2.
3. Ebrietas quanta mala gignat, ostenditur.
4. Suspendendus ab officio, vel beneficio est, qui ad potus aequales potatores obligat.
5. Sponsio facta inter duos, ut qui plus potaverit prestet centum, non valet.
6. Iudicis electio est in penis alternatis, quando ad illum, vel etiam ad neminem verba diriguntur.

CAP. A crapula. XIV.

Clerici, à crapula, & ebrietate abstineant, nec incitetur quisquam ad bibendum, nec teneatur obligationem exequi de fumendo potus aequales, & qui est culpabilis in prædictis, & à superiore monitus non satisfacit, ab officio, & beneficio suspenditur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anan. Host. Henric. Anchar. Burr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Viñian. in rationali libri tertij iuris Pontif. pag. 10. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 356. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. Lateran. sub Innoc. III. c. 15. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 1. cap. 3.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Trot. 2. de vero & perfetto clerico lib. 2. c. 59. Menoch. de arbitr. casu 404. n. 4. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 1. à n. 27. Farin. fragm. crimin. p. 1. lit. C. n. 246. Et hinc consuetum inebriari minime posse sacris Ordinibus insigniri, probant cap. Episcopus, aut Presbyter 35. dist. Rebuff. in praxi benef. p. 2. tit. de clericis ad sacros Ordines male promotis, gloss. 2. n. 8. Salzed. Bernard. c. 80. lit. A. vers. unde, Cened. ad Decret. collect. 33. n. 4. Farin. d. lit. C. n. 252. nam violentum Sacerdotem, & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet, cap. violentum 35. dist. quia multa ex ebrietate mala gignuntur, aufert enim memoriam, dissipat sensum, corrumpit sanguinem, obtundit visum, infirmat nervos, obturbat auditum, onerat cerebrum, resoluit viscera, balbutit linguam, confundit intellectum, enervat, & fecdat corpus, omnia membra debilitat, exhaustit substantiam, secreta pandit, libidinem provocat, fixas excitat, provt hæc, & multa alia referunt Menoch. d. casu 404. à princip. Farin. d. lit. C. n. 253. Salzed. ad Bernard. d. c. 80. Lessius de iustitia lib. 4. c. 3. dub. 3. n. 13. cum segg. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. q. 36. art. 1. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 15. à n. 39. Bellet. disquisit. Clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 22. à n. 13. Campanil. in diversorio iuris Canonici, rubr. 4. num. 3. cum segg. & alij, quos retuli in præf. de officio, & potestate Episcopi, p. 1. tit. 2. gloss. 1. n. 6.

Vnde illum abusum, &c. In Concilio Lateranen. de quo in hoc text. Innoc. III. abolendum decrevit illum abusum, quo in quibusdam partibus ad potus aequales suo modo obligant potatores, & ille iudicium talium plus landatur, qui plures inebriat, & calices frequentiores exhaurit, præcipiens eum, qui super his se culpabilem exhibuerit, nisi à suo superiore commonitus satisfecerit, ab officio, vel beneficio esse suspendendum, refert Bellet. d. §. 22. num. 33.

de quo vide quid dicant Rebuff. ad l. 43. de verborum signifi. pag. mibi 234. Less. d. c. 3. dub. 4. n. 31. cum seqq. Camil. Borrel. d. tit. 1. n. 31. Unde non valet sponsio facta inter duos, vt qui plus potauerit, centum præstet, de quo vide Strach. de mercat. tit. de sponsion. p. 4. in cap. finge. vers. item quaro n. 1.

In gloss. Vel beneficio, ibi, hoc relinquatur arbitrio superioris, &c. Collige ex gloss. superioris arbitrio relinquatur, quando clericus a crapula, & ebrietate non abstinens ab officio, vel beneficio sit suspendendus, vt per Menoch. de arbitr. casu 404. n. 4. Gutier. canon. lib. 2. c. 4. n. 63. Soar. de censur. disp. 2. sect. 2. n. 22. Notatur ad hoc, quod in penis alternatiui electio est iudicis, quando ad illum, vel etiam ad neminem vtriusque diriguntur, vt per Nauar. in cap. consideres, §. ponatur, de penis. disp. 5. n. 12. Anton. Gomez. tom. 3. var. c. 1. n. 39. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 9. 4. Cened. ad Decretal. collect. 59. n. 4. Felin. in cap. inter ceteras ex n. 6. & ibi Dec. a n. 9. de rescript. Sayr. in claus. Regia, lib. 3. c. 8. num. 14.

S U M M A R I U M.

- 1 Clerici debent abstinere a negotiis, personis, locis, ludis, vestibus inhonestis, & ornatu minus honesto, & habitu inhonesto.
- 2 Clerici mimis, ioculatoribus, & histrionibus intendere non debent.
- 3 Clerici in sacris constituti an peccent mortaliter, si comedis interfuerint, ostenditur.
- 4 Tabernae intrare non licet clericis, nisi sint in itinere, seu in peregrinatione.
- 5 Ludere ad aleas, & taxillos non licet clericis.
- 6 Mala ex ludo prouenientia referuntur.
- 7 Ludus, qui consistit in ingenio, aut virtute corporis, clericis est permittus.
- 8 Scacchorum, siue latriunculorum ludus clericis non est prohibitus.
- 9 Scacchorum ludus quare literatis non conueniat, ostenditur.
- 10 Pena apposta ludentibus, an comprehendat etiam ludum spectantes, remittitur.
- 11 Corona in clericis quid significet, ostenditur.
- 12 Habitus clericorum quis propriè dicatur, ostenditur.
- 13 Color rubens permittitur tantum Cardinalibus, & viridis Episcopis.
- 14 Annulos deferre clericis non licet, nisi quibus conuenit ratione dignitatis.
- 15 Clericis quoad penam inhabilitatis pro obtinendo beneficio nulla requiritur monitio, bene tamen quoad priuationem beneficiorum obtentorum.
- 16 Perditum in alea an possit reperiri, remittitur.
- 17 Vendens rem suam in ludo non tenetur de euitione.

CAP. Clerici. ij. XV.

Clerici non debent exercere officia, vel commercia secularia, maxime inhonesta, nec debent intendere mimis, ioculatoribus, & histrionibus, aut ad aleas, & taxillos ludere, vel talibus ludibus interesse; tenentur habere coronam, & tonsuram congruentem, & diligenter se exercere in exercitiis Ecclesiasticis, & aliis bonis studiis, necnon deferre clausa indumenta desuper, quæ non sint nimis longa, vel breuia. Item non debent vti pannis tibeis, vel viridibus nec manicis, aut sotularibus confutis, frænis, sellis, pectoralibus, calcatis deauratis, aut aliam superfluitatem

gerentibus; nec gerere debent cappas manicatas in Ecclesia sua ad Officium diuinum, etiam, qui sunt in sacerdotio, vel dignitate, nec alibi, nisi ob timorem liceat habitum transformare, non ferant fibulas, nec corrigias cum auro, vel argento, nec annulos nisi sint in dignitate. Pontifices in publico, & in Ecclesia non deferant indumenta linea, nisi sint Monachi, qui debent ferre habitum monachalem. Palliis diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Henric. Panorm. Bald. Ioan. Capistrano, Viuian. in ration. lib. 3. inuis Pont. pag. 10. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 356. remittitur Calal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Innocent. I. l. c. 16. & refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decret. lib. 3. tit. 1. c. 4.

Mimis, ioculatoribus, & histrionibus intendere non debent, vt per Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 23. n. 3. tales enim vti infames ad clericatum promoueri non possunt, cap. martium 33. dist. c. 1. §. 1. dist. cap. pro dilection. de consec. dist. 2. l. 1. vers. qui artis, ff. de his, qui not. infr. Alphons. de Mendoz. in quodlibet. q. 9. n. 12. latè Petr. Golsman. in lib. bienes del honesto trabajo, discurs. 6. §. 6. Sayr. de censur. lib. 7. c. 10. n. 8. Bellet. tit. 1. de disciplina clericali, §. 10. num. 17. & 18.

Vtrum autem Clerici Sacris constituti peccent mortaliter, si comedis interfuerint ob solam vanam curiositatem absque periculo probabili lapsus in aliquod peccatum mortale? questio est non contemnenda, in qua Sanch. de matrim. lib. 9. disp. 46. n. 41. respondet non peccare lethaliter cessante scandalo, quod hodie cessare credit, cum frequentissimum sit Clericos illis interesse non obstant prohibitionibus sacrorum Conciliorum, & vtriusque iuris Canonici, & Ciuilis, ne clerici in Sacris constituti comedis, & scenis interfuerint, de quibus latè Fructuos. Bisbe en el tratado de las comedias, c. 14. & 15. quia si credamus Innoc. in presenti, num. vnicuique, sunt tantum de honestate: vel (quod verius videtur) dicendum est cum Caiet. in sum. verbo clericorum peccata, ad fin. non obligare sub mortali cessantibus scandalis, & contemptu.

Et tabernae prorsus euitet, &c. Notatur ad hoc quod clericis tabernae intrare non licet, nisi sint in itinere, seu in peregrinatione, vt per Iacob. de Grassi. in aureis decis. p. 2. lib. 3. c. 8. n. 9. & 10. Ant. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesie exist. lib. 8. c. 7. n. 15. Vgol. de potest. Episc. c. 13. §. 29. latè Bellet. d. tit. de disciplina cleric. §. 20. a princ. vbi n. 15. dicit quod sicut vitium frequentandi tabernae reprehenditur in clericis, ita nec est laudabile in secularibus; cauponarum enim institutio non fuit voluptatis causa, sed necessitatis. licet gratis, §. in factum, ff. nauar. caup. stabul. sed iam hodie tabernae sunt loca, & fomenta intemperantiae, & incontinentiae, l. qua in adulterium, in princ. & ibi gloss. C. ad legem Iul. de adult. l. Athlas. §. ait preter, ff. de his, qui notantur infamia, l. palam, §. si qua cauponam, ff. de ritu nupt.

Ad aleas, & taxillos non ludant. Notatur ad hoc quod Clericis ad aleas, & taxillos ludere non licet, vt per Paul. Comit. respons. mor. lib. 1. q. 90. Camil. Borrel. in sum. omn. decis. tit. 1. de vita & honestate cleric. n. 33. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 16. §. 3. n. 17. Fr. Emman. q. Regul. tom. 2. q. 37. art. 1. latè Carol. de Grassi de effectib. cleric. effect. 22. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplin. cler. §. 24. Farin. in praxi crim. p. 3. q. 109. n. 92. cum seqq. Molin. de iustit. tr. 2. disp. 512. vers. quod verò, Illustriss. D. meus Roder. à Cunha in comment.

6 *comment. ad c. 2. dist. 45. n. 1. cum seqq. & habetur in Concil. Trident. sess. 22. de reform. c. 1. & sess. 23. etiam de reform. c. 12. & apud Castellanos l. 57. tit. 5. p. 5. Ex ludo etenim plura inconuenientia nascuntur, quæ recenset Archid. in cap. Episcopus, n. 2. 35. dist. Primum, desiderium lucrandi, & sic est cupiditas, quæ est radix omnium malorum. Secundum est voluntas spoliandi proximum, & sic rapina. Tertium vltura quoque consideratur. Quartum multiplicata mendacia, & verba obscena, otiosa, & vana. Quartum blasphemie, & ita heresis. Sextum corruptio maxima plurimorum, qui ad ludum videndum, & concupiscendum conueniunt. Septimum scandalum bonorum. Octauum contemptus prohibitionis sanctæ Matris Ecclesiæ. Nonum amissio temporis, & facultatis. Vnde P. Ribaden. in vita B. P. Francisci de Boria, cap. 5. dicit in ludo tria pretiosa amitti, tempus scilicet, pecuniam, & deuotionem, ac sapientiam conscientiam.*

7 Ludus tamen, qui consistit in ingenio, aut virtute corporis clericis est permittus, vt per Parid. de Puteo in tract. de ludo, num. 12. Cost. eod. tract. num. 15. art. 2. Farin. d. quæst. 109. num. 103. & 106. Bellet. d. §. 4. num. 8. & 9. vbi num. 15. intelligit, modò non ludat in publico.

8 Scachorum etiam, siue latrunculorum ludus non est clericis prohibitus, vt per Abb. hic n. 4. vers. & ex hoc intellectu, & n. 2. vbi etiam Ioan. Andr. n. 13. & Butr. vers. ludus enim, Cost. d. tract. n. 25. in fine, vers. quod autem ludus, & n. 26. ante finem, art. 2. Vin. rom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 29. n. 2. in princ. pag. 430. Farin. d. q. 109. n. 114. Comitol. d. lib. 1. q. 9. 1. Bellet. d. §. 24. n. 7. vbi n. 10. intelligit modò ludatur causa recreationis, & non causa voluptatis, aut auaritiæ, vel cupiditatis, & n. 15. etiam dummodo non distrahatur à Diuinis propter longum tempus, quod tali ludo conteritur. Qui quidem latrunculorum ludus licet ingenio constet non multum tamen literatis hominibus conuenire abstrahit, quòd mentem iam literarum studiis fatigatam recreare magis cessatione, & quiete, quam nouo meditationis labore grauare oporteat, vt etiam aduertit Ioan. Baptista Fin. de regulis iuris homil. 22. in fine.

10 Nec huiusmodi ludis intersint. Ergo poena apposta ludentibus comprehendit etiam ludum spectantes, de quo vide Thom. Bonifig. de iustis negot. tract. de ludo, c. 3. Anil. ad cap. pratorum, verbo n. rableros, num. 2. Azened. l. 2. n. 32. cum seqq. tit. 7. lib. 8. noua recop. Rebell. de obligat. iustitia, p. 2. lib. 12. quæst. fin. n. 6. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 16. §. 3. num. 24. Farin. d. q. 109. n. 14. & 35. de participante. Plures Doctores de ludis agentes, citauit, aliaque circa hanc materiam non contemnenda dixi ad cap. inter dilectos, de excessib. Prælat.

11 *Coronam, & tonsuram habeant congruentem.* Vide Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 16. num. 1. Competit namque clericis rasura, & tonsura in modum coronæ, quia corona est signum regni, & perfectionis, cum sit circularis carens angulo in signum carentie fordium, quia vbi angulus est, ibi sordes inueniuntur, nam semetipsos, & alios virtutibus regere & sordibus mundare debent, & sic in Deo regnabunt, cap. duo sunt 12. q. 1. gloss. verbo tonsuram, in Clem. hoc tit.

12 *Deferant desuper indumenta, &c.* Quis proprius sit Clericorum habitus nullibi determinatur, vt dicit gloss. pen. in Clem. 1. de elect. nisi quod nimia breuitas, & longitudo reprobatur in præsentique honestas vestitus clericalium ponderabitur ex consuetudine, & vsu vniuersiusque regionis, vt aduertit gl.

hic verbo, de auratis, quam referunt. & sequuntur plures Doctores, quos cito in meo tract. de offic. & potest. Episc. p. 2. alleg. 9. n. 2. vbi num. segg. late de hac materia, & Motu proprio Sixti V. contra clericos non incedentes in habitu, & tonsura: & ex Doctoribus per me citatis commendo Fr. Hieron. Roman. de Republ. Christianis, lib. 3. c. 13. Menoch. de arbit. casu 392. Quærant. in sum. bullarij, verbo habitus clericali, Azor. in fit. moral. p. 2. lib. 7. c. 14. Carol. de Grassis de effectibus cleric. in prælud. n. 271. Thom. Valasc. alleg. in sum. 1. alleg. 10. Guid. Panciroli in thesaur. var. lect. lib. 1. c. 21. Camil. Borrel. d. tit. 11. n. 39. & 40. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 6. addo Ant. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 7. c. 6. a n. 1.

Pannis rubris, aut viridibus, &c. Rubens enim color permittitur solum Cardinalibus, & viridis Episcopis tantum, Menoch. d. casu 392. n. 12. Scacc. de iudic. p. 1. c. 11. n. 85. & 86. Carol. de Grassis in d. prælud. n. 272. quos refero ego ipse d. alleg. 9. n. 6.

14 Sed nec annulos, &c. Notatur ad hoc, quod Clericis annulos deferre non licet, nisi quibus competit ex officio dignitatis, vt per Abb. hic n. 4. vers. nota, & n. 7. Bellet. d. tit. de disciplina clericali, §. 16. n. 22. Isidor. Moscon. in tract. de maiest. militantis Ecclesiæ, lib. 1. p. 2. c. 2. vers. annulos etiam, Carol. de Grassis de effectibus cleric. effectus 41. n. 1. vbi n. 2. dicit Doctores, vel in aliqua Ecclesiastica dignitate constitutum posse in eius manibus deferre annulos.

In gloss. Ad aleas, ibi, sed videretur quod primò sit admonendus, &c. Notatur ad hoc quòd clericis, quoad poenam inhabilitatis pro obtinendo beneficio nulla requiritur monitio, quoad verò priuationem beneficiorum obtentorum monitio requiritur, vt per Menoch. de arbit. casu 399. n. 3. Farin. d. q. 109. n. 95. Molin. de instit. tract. 2. disp. 412. quod verò, ad fin. Illustr. D. mens in comment. ad d. c. 1. n. 5.

In ead. gloss. ibi, Sed nunquid potest repeti quod perditur in alea, &c. Vide Azened. l. 2. n. 76. cum seqq. & n. 93. tit. 7. lib. 8. noua recop. Thom. Bonifig. d. tract. de ludo, c. 7. n. 12. & 13. Sayr. in clau. Regia, lib. 1. c. 13. a n. 14. Rebell. d. lib. 12. q. 2. n. 2. Bertachin. verb. ludus, n. 18. & 19. Molin. tr. 3. disp. 514. Guriel. de iuram. confirm. p. 1. c. 53. n. 1. & 2. cum seqq. Zerol. verbo ludus, Valer. Reginald. in praxi fori pænit. lib. 10. n. 385. cum seqq.

17 In ead. gloss. ibi, Et si quis existens in alea, &c. Notatur ad hoc, quòd vendens rem suam in ludo non tenetur de euisione, siue venditio facta sit collatori, siue alteri extraneo, l. 2. §. 1. ff. quarum rerum actio non detur, Farin. d. q. 109. n. 209. Parens meus in comment. ad Ordin. Regiam Lusit. lib. 5. tit. 8. in princ. n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus, qui tertio monitus à negotiationibus secularibus non abstinere, interim perdit quoad bona priuilegium clericale.
- 2 Clericus negotiator & artifex, qui post trinam monitionem sui Episcopi deliquerit in negotiatione, & artificio, quod exerceat, potest conueniri coram iudice laico, & ab eo puniri in rebus negotiatoriis, sed non ad poenam corporalem.
- 3 Clerici debent se abstinere à negotiationibus secularibus.
- 4 Clericus negotiator, vt amittat priuilegia, trino monitio precedere debet.

De Cohabitatione Cleric. &c. Tit. II. 13

CAP. Ex literis. XVI. & fin.

Innoc. III.

Clerici exercentes secularia negotia, si ter moniti non respiciant, non gaudent privilegio Clericali, sed subiacent statutis, & consuetudini patriæ, & hoc in facultatibus tantum, nam in illis ipso facto renuntiant privilegio Clericali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Vin. in ration. lib. 3. iur. Pont. pag. 11. Alagon. in compend. iur. Canon. pag. 357. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Collige ex text. Clericum negotiatorem, & artificem, qui post trinam monitionem sui Episcopi deliquit in negotiatione, & artificio, quod exerceat, posse conveniri coram iudice laico, & ab eo puniri in rebus negotiationis, sed non ad penam corporalem. Vt per Bertachin. de Episcopo. p. 1. lib. 4. n. 96. de gabell. p. 3. n. 3. Aufser. in tract. de potestate iud. laici super personas Eccles. regul. 1. fallent. 16. n. 24. Carol. de Grassis de effectib. cleric. effect. 1. n. 844. vbi n. 845. intelligit in concernentibus negotiationem, non in reliquis. Imbrian. in tract. de iudic. Regni. in pref. 4. 1. Cened. ad Decretum collect. 37. n. 2.

Secularibus negotiationibus, &c.] Notatur ad hoc, quod Clerici debent se abstinere à negotiationibus secularibus, vt per Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina Clericali, §. 21. n. 2. Filiuc. tom. 3. tract. 4. l. c. 6. n. 138. Vtrum autem Clerici, siue Religiosi, qui sunt in Brasilia regione, & in India Orientali, dilationi, & conseruationi Ecclesiæ nantes, quique ad suam congruam sustentationem multis rebus indigent ex Hispani ad eos mittendis, possint mittere suas merces in Lusitaniam ubi plus valent, vt ex pretio necessariae illis mittantur? Affirmat Molin. de iustit. tract. 2. disp. 342. subditque nihil in huiusmodi negotiatione sacris Canonibus contrarium contineri, dummodo nihil mercium, quam ad emendam in Lusitania necessaria mittatur; quare cum ex negotiatione Ecclesiasticis non illicita, tributum non debeat, vtique inquit Molin. neque ex mercibus ita missis, neque ex illarum pretio tributum vllum debeat. De Clericis negotiatoribus, & quæ negotiationes illis permittantur, vide Lat. Zech. de Republ. Eccles. tit. de clericis, vers. 47. Thom. Valac. allegationem iuris tom. 1. allegat. 44. n. 13. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. q. 53. Lazarte de decima vendit. c. 19. n. 13. Flores de Mena variar. lib. 2. q. 21. n. 174. cum segg. Gonzal. ad reg. 8. Cancellaria. gloss. 56. num. 10. Marc. Anton. Genuen. in praxi Curie Archiepiscop. Neapolitan. cap. 62. Cur Philipp. part. 2. lib. 1. cap. 1. num. 20. Bellet. dicto §. 21. Carol. de Grassis effect. 6.

Si tales terriò à te moniti, &c.] Notatur ad hoc, quod trina monitio debet præcedere, vt Clericus negotiator amittat privilegia, ita Strach. de mercat. p. 3. n. 8. & 9. Camil. Borrel. in summa omnium decis. tit. 7. de Clericis, & Sacerd. n. 70. Cened. d. collect. 37. n. 2. vers. quod planè. Carol. de Grassis de effect. 1. n. 847. & non sufficere vnam monitionem peremptoriam pro omnibus, tenet Perez ad l. 13. verbo por tres vez ex. tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 80. Sed exigi tres admonitiones distinctas contendunt Tabien. verbo excommunicatio §. num. 24. Sylvest. verbo clericus §. n. 3. Navarr. in man. 27. n. 81. Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. q. 53. In gloss. suis facultatibus, ibi, quia propter hoc facultatibus Ecclesiæ non fit præiudicium. Notatur ad hoc, quod post trinam monitionem immunitatis privilegium

Burhof. Collect. Tom. II.

perit Clerico in suis dumtaxat bonis, non autem in bonis Ecclesiæ, vt per Comit. d. lib. 1. q. 53.

In ead. gloss. ibi, tunc cessat privilegium, &c. Notatur ad hoc quod Clerici, qui negotiationi inferiunt, possunt amissum privilegium recuperare, tandiu enim in hoc casu privilegium immunitatis extinguitur, quandiu negotiatoris Clerici delictum perseverat, vt per Comit. citato loco, Molin. d. tract. 2. disp. 342.



De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.

TIT. II.



SUPER hanc rubr. scripserunt Zabari. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Ioan. à Capistrano, Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit. Ioan. de Londris in breuiaria sanctorum Canonum, fol. 173. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. fol. 95. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 363. Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in exposit. titulum iuris Canonici, Zypæ. in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag. 145. nouissime Ioan. Honor. lib. 3. sum. in Decretal. omnes sub hac rub.

De materia huius tituli vide Gutier. canon. lib. 2. c. 7. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 25. Carol. de Grassis de effectibus cleric. effect. 26. & fœminarum consortium quatenus à viris spiritualibus fugiendum, ex SS. Patribus ostendit Ioan. Baptista. Fin. de regulis iuris, hom. 22. vers. adde, & exemplis confirmat Emman. de Valle de incantat. & ensalmis, sect. 2. c. 3. n. 19. & c. 16 à n. 25. tractat quàm periculosus, & perniciosus sit fœminarum aspectus, non decet enim videre quod concupiscere non licet, vt ait D. Hieron. ad Eustoch.

SUMMARIVM.

- 1 Sacerdos non debet retinere in domo mulierem suspectam de incontinentia, etiam si sit mater, vel alia consanguinea, &c. n. 2.
- 2 Declaratur text. in presenti, & concordatur cum cap. à nobis, pen. hoc tit.
- 3 Clerici, qui habent qualem suspensionem, à mulierum conversatione omnino abstinere debent.
- 4 Clericus frater tenetur ex redditibus beneficii sororem inopem alere, & dotare.
- 5 Mulieri non licet Presbytero celebranti ministrare.

CAP. Inhibendum. I.

Ex Concil. Maguntin.

Sacerdos nullas retinere potest, de quibus suspicio possit esse, sed eas solum, quas iura permittunt puta mater, amita, soror, & has, si illis indigeat, habeat in domo longè à conversatione sua. Item fœminæ non præsumant accedere ad Altare, nec Presbytero ministrare, nec intra cancellos stare, vel cedere. Colligunt ex Ordinarij, Abb. antiq. Innocent. Collect.

B